


CVM DVOBVS VOTIVIS PHI-

lippi Secundi Hispaniarum Regis: cufiante & post
partum regnum Portugalliæ, Anno Chri-
sti 1580.



PHILIPPUS Secundus Hispaniarum Rex magnos
hoc tempore ad occupandum Lusitaniæ regnum
apparatus bellicos faciebat. Cum enim frustra diu
fuisset disputatum de successore ejus legitimo, mul-
tique Jurisconsultorum regnum illud ad Philip-
pum Regem iure pertinere contenderent, Anto-
nius vicissim Ludovici filius idem ad se spectare æ-
quius arbitraretur, consecutusque esset studia po-
pularium, captum est ad arma pro viribus spectare.

Rex Albanum Ducem cum summo Imperio illi expeditioni præficit: qui
multis triremibus aliisque navibus præfidiariis, præcipuè autem veteranis
bellique expertibus præfectis, qui in Belgio militaverant (inter quos San-
cius Davila arcis Antuerpiæ olim præfectus) multas Portugalliæ urbes
vi cepit: suæque classi imperat, ut flumen ac portus Lisbonæ occupent:
post ipse cum suo exercitu advenit, & Antonium Regem imparatum ac in-
cautum prævertit, prælioque, non procul ab urbe Lisbona superat. Anto-
nius duobus vulneribus acceptis fugâ evadit: post plurimos casus ac peri-
cula